



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

CCCXCI. Woldemar, Markgraf von Brandenburg, verkauft der Stadt Löbau  
den Khotmarsberg, am 16. März 1311.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

leuen, Droyfekone, et heningo de Blankenborch militibus et aliis quam pluribus fide dignis. Datum in Budesfin, Anno domini Millefimo Trecentesimo undecimo, feria secunda post dominicam Oculi mei.

Nach einer vom R. Polizeirathe Köhler in Görtzig mitgetheilten Abschrift des Originals im Ebbauer Archive.

CCCXCI. Woldemar, Markgraf von Brandenburg, verkauft der Stadt Ebbau den Khotmarsberg, am 16. März 1311.

Nouerint uniuersi, quorum notitie presentis scripti Pagina defertur; quod Nos woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landesberch Marchio Tutorque illustris Johannis, Brandenburgensis Marchionis, emendacionj Civitatis Lubauie sollicito intendere cupientes, eiusdem Civitatis Civibus uniuersis, tam presentis quam futuri temporis, dedimus et per presentes literas damus montem, Khotmarsberg dictum, cum omnibus pertinencijs suis, videlicet solo, lignis, pratis et pascuis, prout Nobis, dum noster fuit, competebat, iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidendum. Renunciantes omni Juri simpliciter, quod in ipso monte hactenus dinoscimur habuisse. Proinde dicti Ciues Nobis Octoginta Marcas Argenti, videlicet viginti in festis beatorum walburgis et Martinj et iterum walburgis et Martinj post datum presentium continue sequentibus, quas Eisdem semper dedisse debuissimus in hijs terminis, dimiserunt. Et ut huiusmodi nostra donacio, per Nos rite facta, perpetue firmitatis Robur obtineat, presentem paginam super eo Scribi iussimus et nostri Sigilli munimine communiri. Presentibus Testibus, scilicet nostris fidelibus, Conrado de Reder et Redekino, Nicolao de Buck, Henningo de Blankenburch, frederico de Aluensleve, Droyfekino de Crocher, Renzekone de Guzick, Luthero de Seriversdorpp, Cristiano de Gherardedorpp; Slotekino, Nicolao preposito in Snakenburch, Segero, Hermanno de Luchowe Magistro Johanne de Schiuelbein, Thoma de Hekelwerck, militibus et Capellanis, et alijs pluribus fide dignis. Actum et Datum in Budesfyn, Anno Domini Millefimo Trecentesimo undecimo, feria secunda proxima post Diem beati Gregorij Pape.

Nach einer vom R. Polizeirathe Köhler zu Görtzig mitgetheilten Abschrift.

CCCXCII. Markgraf Woldemar ertheilt zu der Belehnung der Herzoge von Oesterreich mit den Oesterreichischen Landen seine Zustimmung, am 30. März 1311.

Nos woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landsberch Marchio Tutorque illustris Johannis Brandenburgensis Marchionis, Tenore presentium constare volumus uniuersis, quod quia serenissimus dominus noster Henricus